

Q. B. V.

DISPUTATIO PHILOSOPHICA;

DE

NOTITIA DEI  
NATURALI,

Quam,

BENEDICENTE D E O!

Et Approb. Ampl. FACULTATE PHILOS.

in Regiâ ac inclytâ Acad. Abolensi,

SUB MODERAMINE

"Viri præclarissimi ac amplissimi,

DR. M. PETRI HAHN,

Phys. Prof. Ord. & Biblioth. cele-  
berrimi, Præceptoris & Promotoris grati-  
simâ memoriâ atatèm colendis

Liberalis Exercitii Gratiâ,

Eruditorum examini modestè offert & submittit

HENRICUS P. GESLINGI

Weck. Wiburg.

In Audit. Max. die 17 April A. 1701.

Exc. J. WAL.

Exci. J. Wal.

REGIÆ MAJESTATIS

Fido Viro,

Reverendissimo in CHRISTO

Patri ac Domino,

DN. PETRO  
LAURBECCCHIO,

S S. Theologiæ DOCTORI

Celeberrimo,

Diœcesios Wiburgensis EPISCOPO  
Eminentissimo,

Reg. Gymn. & Schol. per Diœces.  
EPHORO Gravissimo,

Consistorii Ecclesiastici PRAESIDI  
Laudatissimo,

PATRONO & PROMOTORI Maximo,

Summâ animi reverentiâ semper  
suspiciendo.

PACEM, ET GRATIAM!

**D**on minus bene olim quam verè à veteribus sapientum dictum: homines ad Deos nullà re propius accedere quam bene merendo. Hoc dum animus meus perpendit, vix crediderim ullum mortaliū hanc viam sibi magis imitandū proposuisse, quām Reverendissimam Tuam Paternitatē, nam summus ille Naturae Parens, tam benigno te beavit animo, ut omnibus bene facere cupias, perfertim vero artium liberalium cultoribus. Ne autem tacendo beneficia Tua in me collata Reverendissime Pater transeam, tot tantaque sunt, ut vix ac ne vix quidem lingua ista exprimere potis sit. Cum proinde venerabunda recordatione ea mihi ob oculos sisto, nescio quo officiū genere animum meum gratum, totque beneficiis devinctum declarerem. Quapropter harum rerum meditatio, me impulit ut venerabundum meum animum, aliquo gratitudinis signo, utpote dedicatione Exercitū hujus Academicī testatum facerem; Verum dubitatio magna animum meum indi-versa distrahebat, ne forte idem mihi accideret

ac iis evenire solet, qui cum in ades ma-  
gnifice exstructas deducti sunt, si atria hinc  
ende & cœnacula tapetis. Et auleis insignis,  
& pretiosa supellecibile decorata intueri detur  
ac speculari, cum varia undique eos rerum  
subit admiratio, Et ad quævis obstupescunt,  
ut quid potissimum laudent non constet. Ita  
etiam mihi cum oboculus sisto beneficia Re-  
verendissimæ Tuæ Paternitatis, tam ma-  
gna & multa sunt, ut alterum alteri quod-  
nam præfeream non possim videre; laudes-  
que Tuas Reverendissime Pater, verbis  
ineptis contaminare timeam. Sed dicit cum-  
lationem meam, singularis Reverendissimæ  
Tuæ Paternitatis propensio erga omnes  
Musarum cultores, idecirco Tibi Reverendissi-  
me Pater ut Patrono optimo Benignissi-  
moque humilimamente offero Exercitium hoc-  
ce Academicum in signum grati animi, ostend-  
endo quantopere Tibi sim obstrictus. Sus-  
eipe igitur Reverendissime Pater serena  
fronte lucubrationem, hanc à me multis nego-  
tiorum curis adstricto chartis effusam; hoc  
est quod obsequentiissime oro. Hoc insigne  
factum licet nescius non sim me factis hand

compensaturum fore, affectu tamen donec è  
virorum contubernio emigravero, nemine Tri-  
orum clientum ero deterior. De cetero pro fa-  
lute Reverendissimæ Tuæ Paternitatis,  
vota ardentissima ad supremum Numen  
mittam velis; Illam quam diutissime in Pa-  
tria Ecclesiæque deus ac emolumentum, plus-  
rimos per annos florentem vigentemque uno-  
diquaque conservare, sic ex imo pectoris vobis  
gdi, dum vita erit, manebit!

Reverendissimæ Tuæ Paternitatis

Humilissimus cliens

H. G.

*Admodum, plurimumq; Reverendis,*

**DN. MARIA PETRO CARSTENIO,**  
Regii Gymn. Wib. S.S. Theologiæ  
Lectori Primario meritissimo, Archi-  
Præposito gravissimo, Consistorii Ad-  
fessori seniori Amplissimo & celebra-  
tissimo, Mæcenati & Promotori, sub-  
missa animi Reverentia, æternum su-  
spiciendo!

**DN. MARIA ARVIDO ALOPÆO,**  
Civitatis, & Parœciæ Borgoënsis  
Pastori meritissimo, adjacentiumque  
Ecclesiarum Præposito Gravissimo,  
Promotori suo, summo Reverentiæ  
zelo perpetuo Iulpiciendo!

*ut*

**DN. MARIA NICOLA O LIMATIO,**  
Mathematum Lectori in Reg: Gym:  
Wib: meritissimo, Consistorii Adfel-  
sori Dignissimo, Promotori suo omni  
officiorum cultu nunquam non ve-  
nerando!

*SALUTEM & FELICITAT*

*Clarissimis atq; Doctissimis Dominis;*

**DN.M. GUSTAVO BERNERO,**

Pastori in Hellola longè meritiſſimo , Præpoſito Districtus ad-  
jacentis Gravissimo, Mæcenati &  
Promotori Submissione colendo!

**DN. MATTHIÆ MARTINIO,**

Reg. Gym. Wib. SS. Theologiæ Le-  
ctori Secundo adcuratissimo, Pastori  
& Præpoſito in Södjerfwi meritosſi-  
mo, Venerandi Confessori Adſessori  
æquissimo, Promotori ſuo, omni ob-  
ſervantia cultu in æternum colendo!

¶

D. D. M. M. Reliquis Gymnaſii Wib.  
**LECTORIBUS** Philosophiæ Di-  
gnissimis, benefactoribus & Promo-  
toribus optimis, nullâ non venerati-  
one ætaetm colendis.

**TEM PERENNEM !!**

**N**on equidem dissimilare possum, Admodum  
Pl. Rever: Clariss: Doctissimiq; Domini,  
Vestra plusquam Paterna & nunquam  
etiam decantanda, jam a mulet retro annis mibi  
præstata beneficia esse innumera, proinde quosque  
eamibi ob oculos fisto, deprehendo memet Vobis o-  
mnis officii generi esse devinctissimam. Idec res cum  
michi O Promotores ac Benefactores magni, nulla  
alia detur ansa ostendendi animum meum gra-  
tum, Vestris potissimum nominibus, illustratam  
Disputacionem hanc meam, lucem aspicere volui.  
Faccio, quod facere necesse habeo, quod facere  
ingenii mei quos in medium profero, sine valde  
exiles, nec aliud secum ferunt, quam vili specimen  
Academicum, quale primum in publicum pro-  
gressari solent in medium proficere. Suscipi-  
te itaque Vos Patroni & fautores Optimi  
Vultu sereno, hoc licet peregrile sit, quod  
submissa mente ac manu offero & consecro,  
meque pronis Vestris affectibus ac patro-  
ciniis in posterum ut hincusque beate. De ca-  
zero DEUM Ter optimum Maximum supplex  
premeror, velit Vos in salutem & ornancementum  
Patris, Ecclesie que DEI edificationem quam  
diuissime conservare, scimusque illum diem  
& sepotibus tandem cognitum esse jubeat,  
quo ex hac misericordia valle, ad eterna &  
nunquam interitura tabernacula vobis erit  
migrandum. Sie optat, dum vivere superie  
Vestris Nominibus devotissimus

Henricus Gössling.

# LECTURIS PACEM!

**M**ulta mecum deliberatione  
voluntabam B. L. circa  
quod porissimum Arguo-  
mentum animum meum  
occuparem, quoniam pro-  
bè scio in tam arduis reo-  
bus suscipiendis vires ingenss mei val-  
de tenues esse, & à Te non nisi elaboratum,  
& subdilore doctrina vindictum  
requiri, cumque tamen oculos in Spacio-  
sissimum Philosophie campum flexisse,  
non aliud utilius mibi esse judicabam,  
quam quod presentibus hisce pagellis  
NOTITIAE DEI NATURALIS existentiam Tin-  
bi offerrem qua materia non minimis  
scatet difficultatibus, precipue cum &  
muleis perfida frontis hominibus si  
impugnata, remanenteibusque illis in hac  
sua impetuosa ad extremum usque vite  
halitum. Verum illi qui DEUM debito  
honore sunt prosecuti, Eum etiam debito  
agnoverint, & cum fibi, cum aliis ma-  
gis ac magis agnoscendum proponere sine  
annixi. Sed inter media quibus hoc pro-  
moverent, illa que opere & affectu interno  
constant, ab illis que ratione &  
discursu absolvuntur, Studiose distinxer-

re, bisque illa præposuere. Occurit ergo non immerito mibi quod de Antiochenis memorie prodidit festivus ille, si quisquam, dialogista Lucianus: Apud illos cum brevioris stature, & pusilli corporis Hispicio in Scenam prodisset, qui Helloris personam ageret, dicax ille populus illicò exclamavit. Astyanactem se videre, Hectorem desiderare. Haud parum & ego metuo, ne cum dignitas argumenti de qua agere insitui, Hectorum aliquem exigat. Necessum quidem fuit periculum facere, quod si parum feciliter cesserit, conarum ramen non sperro fore ingratum. Si non ea industria ut argumenti difficultas postular, sine exposita, ista ramen B. L. candidè interpretari, & argumenta huic satis intereata adscribere velis. Hoc est quod Te omnè rogo, interim Te bene valere jubeo. Tu Interea optime JESU:

Rerum sancte parens, audacibus annus  
capris!

Et Musis da vela meis, quo nomine fausto  
Incepsum decurrat opus! ventisq; secundis  
Concisa, tranquillum subeat mea Cymbu-  
la portum!

## § I.

**P**ræclarè provideq; satis à sapiente Rege  
monitum , ne , cum coram DEO loquîs  
animus est , properantes in verba dissol-  
vamus . Non dubium est quin ubi noa-  
tantum coram illo , sed & de illo est me-  
morandum , sensa verbaque nostra sint  
maximè seriò penitanda & circumspes-  
cè proferenda ; in his quippe errare ,  
non minimum ponderis est , fateri equi-  
dem necessum hábeo , quod in contem-  
platione Summi Numinis humana lin-  
gva in rebus à sensu remotis quam sæpe  
balbutire soleat , idcirco Aristoteles lib. de  
interpret , i. cap. dixerat : *Quoniam obscurior  
est intellectio , eò difficilior etiam est elo-  
cutio.* Inde tamen non sequitur nos ita  
à DEO abduci , ut ratione & loquela  
circa eum ex principiis innatis versari  
non liceat ; Quin potius sic ad com-  
ponendam mentem excitemur , ut hæc  
facultates , quas ipse nequaquam con-  
cessit in vanum , verum usum quam o-  
ptimum & utilissimum , habeamus ; qua-  
propter contemplatio Summi Numinis  
quam utilissima , unde tanti boni usus  
& cognitio , eamque insequens amor

Au-

4

& studium ipsum id consequendi, quanti  
præ cæteris cuique fieri debet animado-  
vertit quilibet, ut pluribus hic immo-  
gari mihi non sit nec sse: neque illi quos  
verbi sui luce est dignatus DEUS, has  
sive merito damnant curas, ideo, quod  
ex ipsis fontibus rerum harum scien-  
tiam quantum satis est, felicius facilius-  
que haurire possint, p̄cum ita omnes o-  
mninò homines cum qvibus hoc negotii  
sæpè habendum erit, sibi similes argue-  
rent temerè: ita DEUM ipsum erroris  
actumque agere accusarent, qvi non tan-  
tum utrumque lumen tam naturæ quam  
gratiz omnibus mortalibus indidit, aut  
implantare serio intendit, sed & non  
minus illud quam hoc à quoquam stu-  
diose penitusque excoli vult, admonet &  
hortatur diligenter: præordinavit nam-  
que Sapientia Divina, ut ruderâ ima-  
ginis suæ, etiam homini ipso sibi que  
relatio interrenens perseverante, qvæ in-  
centivum effene ad ulterius indagandam  
notitia DEI & quedam quasi χειρογραφia  
inducens hominem ad penitendum in-  
vestigandumque eatum, ubinam verus  
esse Israëlitarum DEUS habiteret; ne

Doch.

*Doct. Qvenstedius pag. 253 Tbsf. 8.* loquitur. Simuletiam reperiantur alia apta media ulterioris saluti feri luminis, spredo isto Duce periclitatur ipsi haud dubie salus æterna & temporaria vera.

§. II.

**D**emonstrata ita hactenus utilitate in contemplatione summi Numinis, & re videtur ut mihi ob oculos sistem celebratissimi Calov. monitum in Script. Phil. de method. parte, traditum; nullius rei gradationem temere suscipiendam esse, τὴν ἐξετάσιν τὴν τοῦ θηματορίου αὐξέντιαν, quia scrutinia verborum plurimum momenti soleant habere ad intellectum rerum, adimitandum ergo ejus monitum, adeoque argumenti suscepti Etymologiam paucis absolvere in animum duxi. Επυπολ Νοτitia DEI Naturalis, quamquam mulium difficultatis secum non habeat, licebit tamen pro recepta methodo hoc expeditum reddere; derivatur autem Notitia à nosse, quod idem est, ac habere aliquam notitiam implanzatam, Ingeneratam, innatam de DEO, ut Clarsissimus Meijerius p. 244. loquitur. Sci-

ca-

Sciendum tamen, quod per Notitiam hanc non intelligenda veniat *distinctio*, sed *confusa* Notitia, nec non ad salutem consequendam minimè sufficiens, Divinus denique per facultatem sibi simile, quoad essentialia, producendi, jam in ipsa creatione insculpta, proptereaque innata salutatur, non in tali significatu, uti per plurimi Philosophorum interpretantur, dicentes: Qued non sit realiter separata a que distincta ab intellectu, sed in sit animæ rationali, per modum quidem *τελείωσις*, et non habitus connati, sed potentia naturalis, uti facultas intellectiva & volitiva, imo ut vires animæ sensitivæ & corporis, ut Osiand. Thes. II. lib. 8. dicit: *Nedum ut sit ipsa natura Rationalis, aut ipsius intellectus quo talis iudicium vel actus.* Uci adhuc referunt, Timp. lit. 3. Metaph. cap. I. quæst. 9. Meiso. Disp. de Not. DEI Nat. quæst. 2. n. 3. verum differt ab intellectu, hocque salvâ ratione permanente, et contigebat in lapsu paradisiaco, acceditaque rationali animæ per modum habitus & quidem innati, de qua re in subsequentibus fons commemoratione juvabit. Sumitur vero

7

dehinc i. vocabulum Notitiae. Vel σωδῶς,  
quatenus aliquam anticipationem ac præ-  
notionem inferat, atque adeò complectitur  
ipas (hodie sic appellatas) κοινᾶς ἐργαῖς,  
communes illas notiones, atque Noti-  
tias insitas, principiaque nobiscum nata-  
quæ de DEO speciatim in mente ac in-  
tellectu nostro habemus, ut DEUM e-  
sistere, DEUM esse unum, DEUM esse  
colendum, & si quæ id genus alia effata.  
2. ἐρεψυτκῶς, prout apud nos prænoti-  
onem quandam prælupponat, uti Meje-  
ras distingvit. pag. 244. Naturalis dici-  
tur, non in quantum designat notitiam  
Platonicam, quia illi statuebant omnium  
verum noticias animabus hominum esse  
implantatas, antequam corpori innatur.  
Vide Laetant. lib. 7. dit. inst. cap. 12.  
occasione defendendi istam sententiam  
nachli sunt inde, quia illi existimabant,  
animas immediatè à DEO creari. quæ  
sententia quam falsa & paradoxa sit,  
nemo non vider, nem si animæ imme-  
diatè corporibus infunderentur, sed Deus  
formas puras, aut impuras crearet, si  
impuras, sequeretur DEUM esse causam  
mali, ac hoc est absurdum. Si puras,

tum

rum ineruditatis argueretur quod puras formas in materia impura collocaret, unde satis constat, animas non creari, sed vi benedictionis Divinæ mediantibus parentibus cum semine, juxta illud Gen. 1. 28. motatum propagari. Ut rem verbo complectaris, per notitiam naturalem hic intelligimus prout designat *congenitam notitiam* de DEO, quatenus non ex peculiari revelationis lumine à DEO indita, sed quatenus, *immediatè* à Natura productæ, quam primum nobis mortali- bus uti cœlo contingat, non aliter ac fa- cultates animæ, intellectus & voluntas naturaliter in posteros propagantur.

### S. III.

**O**stensa ita Etymologiâ ipsius Notitiae DEI naturalis, pervenientum jam est ad ejus òm̄nium sumitur vox DEI, vel in sensu abusivo, vel eropico vel proprio, nos verò hic vocem DEI consideraturi sumi- mus eam in sensu *proprio*, prout desi- gnat Ens aliquod supremum, infinitum, quod non ab alio sic productum, sed à se ipso negativè est, à quo deinde omnia reliqua sunt creata, quæ in toto hoc uni- verso

verso continentur, dependentque ab ipso in  
fieri esse & operari, de hac re videatur,  
*Meyerus pag. 243. D. Gerhardus in Exeg.*  
*L. Th. de DEO.* Id tamen tenendum de  
nomine DEI, quod per nomen DEI, hic  
non essentiam ejus *relativè* consideremus  
propter. Primæ, Secundæ, aut Tertiæ Per-  
sonæ Sacrosanctæ Trinitatis, vel quate-  
nus ad omnes tres separatas vel distin-  
ctas Personas cum respectu ad invicem refe-  
ratur, quod affirmare visus est Keck dum  
gloriaretur, se solo luminis ductu de-  
monstratum, consequentiisque Philoso-  
phicis perfectam cognitionem Trium Per-  
sonarum; Sed quam falsum sit hoc di-  
ctum, nemo non videt. Verum enim  
vero DEI nomine id intellectum volvimus,  
quatenus norat DEI essentiam absolute,  
nullo habito respectu ad hanc vel illam  
Divinitatis personam, sed tantummodo  
propter sit essentia una; & haec genuina est  
acceptio vocis Notitia DEI Naturalis.

#### S. IV.

**R**eliquum jam est, ut terminos *equipol-*  
*lentes*, Notitia DEI Naturalis, per-  
pendamus, dicitur autem Notitia DEI  
B Næ-

Naturalis alias communiori nomine *naturale mentis humanae dictamen*. Sic & *naturale mentis humanae lumen*, atque *judicium*, item *internum ac tacitum animi testimonium*, ut & *ipsius animae sensus*, atque *conscientiae*, ac *ipsa naturae vox*, & quæ id genus *appellationes aliae*. Id etiam subinnuere videntur verba Ciceronis quando dixerat: *nos mortales insita innataque DEI moritia gaudere, non individualiter quoad hoc vel solum illud suppositum referendo, verum universaliter de omnibus hominibus, cujuscunque loci, idque vero absque informatione, DEI anticipationem inferre*. Denique omnes nos duce natura ad DEUM credendum vehi. ita lib. 1. de Legib. dicit. Nulla gens est, neque tam immansuetata, neque tam sera, quæ non, nisi ignoret qualem DEUM habere deceat, tamen babendum sciatis.

### §. V.

*Πραγματολογιαν exponit.*

**E**xplicato nomine, rem ipsam aggredi convenit, cuius cognoscenda optimum medium est definitio, illa vero talis potest

ad-

adornari. *Notitia DEI Naturalis* est, *habitus quo de DEO cognita aliqua habemus, atque recepta.*

### §. VI.

**D**ivisionem quod attinet, dividitur in *infisam* & *acquisitam*. *Notitia DEI Naturalis* iusta est *habitus principiorum de DEO*, intellectui per naturam absque mentis opera impressus eodemque perficiens ad *DEUM* actualiter cognoscendum. Hæc notitia *DEI* iusta appellatur alias græco nomine Εμφυτευη, hoc est impressa, ingenerata, innata & mentibus inscripta, etiam cum ratio se nequit exercere, unde licet actu infit, non tamen inest per modum actus, sed est quoddammodo habitualis, id quod probari potest exemplis, in cæcis atque surdis, illi atque potentiam naturalem habent videndi & audiendi, ac alias hominem videns & loquens, idcirco argumentari non licet; à negatione enim actus secundi, ad negationem actus primi nulla est consequentia. Quamquam cum primum in actu erumpat, cum ille cogitare de istis veritatibus undecunque inceperit, totiesque denuò se exeret, quoties ipse ratum cogitationem iterabit.

### §. VII.

## §. VII.

**N**O<sup>T</sup>ITIA DEI ACQUISITA est, que ex intuitu rerum creatarum, per discursum naturalem, aliqua de DEO habemus cognita, ut Clarissimus Meyernus Disserit. Salutatur hæc notitia græcis Ε'πικλητοῖς, id est, acquisita, item objectiva sic dicta, idque ex contemplatione totius hujus Universi, quis est, qui eum hanc mundi machinam invenitur, quinon statim absolutissimi cuiusdam Artificis imaginem deprehendat, ranta enim in ea conspicitur connexio, Et rerum ordo, qui non casu aut fortuito, sed divina quadam mente disponente Et ordinante existere posuit, vid. Lomb. lib. 1. dist. 3. &c. vi hujus contemplationis homo alias perficitæ frontis, ita convincitur, ut præsumat aliquid Ens supremum dati, à quo omnis alia Entia sunt producta arque creata. Nam Quicquid factum productum est, ab alio factum, atque productum est. Sed totus mundus factus, sive produktus est. Totus igitur mundus factus producatus est ab alio. Connexio propositionis Majoris liqueat ex Canone Metaphysico. Quicquid sit ab alio sit. Unde certe quod

factum est, etiam ab alio factum fuisse  
 necesse est. Antecedens sic probatur: O-  
 mne quod sit, vel à se, vel ab alio sit.  
 hi enim termini sibi invicem opponun-  
 tur, nam quod influit in esse sui causati,  
 non dependet ab alio, sed est ab ipso, un-  
 de patet quod inter illos terminos non  
 datur, nec dari potest aliquod tertium.  
 Quoniam Entia creata non possunt esse  
 positivè causa sui ipsius. hac ratione es-  
 sent antequam essent, quia in se influe-  
 rent, non essent quia se ipsum demum  
 efficerent; omne enim, quod efficitur,  
 priusquam efficiatur, nondum est: alias  
 effectione non opus haberet, relinquetur  
 ergo quod quicquid factum est, ab alio fa-  
 ctum est. Minor probatur ex divisione  
 Entis, in Dependens & Independens. Non  
 autem possunt esse omnia dependencia.  
 Quia sic, antequam essent existerent, quod  
 recta ratio non admittit, datur Ergo u-  
 num Ens independens, quod nihil aliud  
 esse potest, quam DEUS Ter optimus  
 Maximus. De hac re videatur. Excell. D.  
 Calovii Metaphysica Divina. pag. 340. i.e  
 tem Frommide Causa & Causato pag. 318.  
 ut & de Ente dependente & independente

pag. 262. de hac re pluribus, heic loci non licet agere, sed in posterum. Bonum cum DEO, fuius erimus eam explicaturi, dum nobis datur occasio exponendis Notitiam DEI acquisitam.

## S. VIII.

**H**is ita enucleatis, incumbit jam nobis juxta receptam Methodum, differentiam *Notitiae DEI Naturalis* ut & *Aquisita* demonstrare. Notitia DEI Naturalis *Innotescita*, ita dicta, provenit immediatè ex ipsa hominis natura, sive ex immerno *Nature Libro*, quilibet ipsa hominis anima, intra hominem existens dicitur. Notitia DEI *Aquisita*, in contradistinzione ad *insitam*, cœu subjectivam objectiva appellatur; eo quod Naturæ non sit implantata, ut insita, sed ex structura totoius hujus universi eruitur sive comparatur ista notitia. Nam si inspicimus parvum illum Mundum, seu *Microcosmum* nempè hominem, tunc summam DEI bonditatem atque misericordiam in eo comprehendimus, quod voluerit nostanta sagacitate beare, ut ex machina hujus mundi possimus presumere Ens aliquod super-

mum dari, à quo hac omnia sunt creata. Ulterius, si ab oculis ponimus Macrocosmum extra nos positum, tunc conspicimus elegantem atque concinnum ordinem omnium rerum, que res nos quasi excitant ad ulteriore contemplationem Summi Numinis, & mediante hac contemplatione, Notitia Aquisita ab Infirmitate excitatur, atque copulatur. De hac re videatur. *Clarissimus Meijerius p. 65.*

### S. IX.

**A**ntraham pedem promovemus ad probandam existentiam ipsius Notitiae DEI Naturalis, tubet in antecellum hic dilquirere de ejus Subiecto, Objeto, & Quidditate ut melius nobis innotescat quæstio rō òn, quod revera detur. Subiectum nempe Totale hujus Notitiae Initia sunt omnes homines; Sed partiale est anima scilicet subiectum Quo mediatum mens humana; subiectum Quo immeditum, cui notitia ista Infusa inhæret dictæ notiones de DEO inscriptæ, ita ut nunquam possunt extingui, quanquam per depolarandum lapsum nostrorum Protoplasmatum imago DEI sit emissa, interim tamen

cedera ejusdem adhuc supersunt, id quod exemplo demonstrari potest. E. G. *Dominus igne devoratus plenè dicitur, quod ad cineres sit redacta, interim tamen ruatur: ipius adhuc supersunt.* Quamobrem non immerito Excellentissimus Rodraufius in sua Theologia distinguit inter imaginem DEI, in sensu Biblico & Ecclesiastico consideraram, in sensu quidem Biblico dicimus esse amissam, non vero in Ecclesiastico. Distingvunt etiam inter imaginem DEI consideratam materialiter & formaliter. & tantum de Subiecto, nunc de Objecto;

### §. X.

**O**bjectum Notitiae DEI naturalis, praesertim quidem est ipsa DEI Existencia, atque nonnulla ejus attributa, & operationes, quas nempe ostendunt notiones commemorative.

### §. XI.

**Q**uiditas denique Notitiae DEI insita in eo consistit, quod mens humana ad dictas veritates de summo Numinе apprehendendas inclinet E. G. sit homo sibi suęque conditioni naturali relictus,

non presupposita opinione falsa, aut man-  
do effectu praeditus, ulro ac sponte fer-  
etur ad id quod veritatibus ipsis conti-  
netur credendum; aut si non ipso actu,  
propter tremoram alterius dictorum  
impedimentorum feratur, ad illud rea-  
men amplectendum, motu ac vi quadam  
naturali decurrat.

### §. XII.

**H**is ita prælibatis, jam de existentia iœ-  
phius *NOTITIÆ DEI NATURALIS*  
*INSITÆ* aliquid dicamus; Quamquam  
hodie tam copiosum fovent docti dis-  
fidorum fomitem hac de re, ut ma-  
gnis viris se offerant variæ difficultates;  
induxitamen animum pro ingenii mei quā-  
sum tenuitate, rationes nonnullas ad-  
ferre, quibus demonstratum eo typum  
quendam Divinitatis cuique homini in-  
esse, idque 1. Ex Scriptura Sacra, ubi  
discretè ejus existentia adstruitur, Rom.  
1. v. 18. 19. Revelatur ira DEI super impios  
etatem hominum, qui veritatem injustia-  
ta detinent; properea quod id quod de  
DEO cognosci potest, manifestum est in illis.  
Deinde Notitiam DEI insicari quam plu-

rima ostendunt, atque evincunt non minima ejus indicia, veluti sunt: Ipse illius sensus internus, ac propria advertentia; item naturalis legis Divinae apud ethnicos imitatione: quemadmodum &c naturalis omnium gentium ad religionem instinctus, nec non spontanea conscientiae sceleratorum expavescientia, ac tandem unanimis omnium gentium de Divino Nume consensus, Us  
Donatus in sua Pneumatica elegit, differit, pag. 48. ita namque apud se ipsum quilibet animadvertisit, quod vi quasi ultro feratur ad conscientiadum huic propositioni, DEUS est. Quotiescumque id sibi ob oculos ficitur, quamquam vel ignorat causas propter quas DEUM credere conveniat vel siquidem sciatur, ast recalcitratione quadam istud quasi impedire nitens. Hoc vero ad tempus factio, tandem excitata conscientia, redire necessarium habet unde diceisset; Ad affirmandam istam propositionem; DEUS est. Unde satis liquet, Notitiam DEI infinitam in nobis dari. 2. Probatur NOTITIA DEI INSITA, ex intuitu ordinis naturae, nec non ex irrefutabili

Apo-

Apostoli Pauli suffragio, ad Rom. 2. 14.  
 annorato, ubi disceret afferst, gentes  
 natura facere ea quæ legis sunt, ut u-  
 mon habeant legem divinam scripto  
 traditam. Et ibidem c. 25. v. 15. Ostend-  
 dunt opus legis scriptum in cordibus  
 suis, simul attestante illorum conscientia,  
 Et cogitationibus inter se occupantibus,  
 aut etiam excusantibus. 3. Satis nos edo-  
 cet Notitiâ DEI insitam dari omniam em-  
 nino gentium, studium ad Summi Numinis  
 cultum & observantium negato isto princi-  
 pio, neganda erit quoque gentilium pro-  
 pensio ad cultum Deorum, juxta illud:  
*ignorzi nulla cupido.* At vero illos tanto  
 naturæ impetu terri ad cultum Deorum,  
 apud omnes in confessio est. Erit ergo a-  
 liquod principium à quo istud proma-  
 nat, at hoc non aliundè, nisi ex reliquis  
 istis imaginis Divinæ. 4. Existentiam ejus  
 ostendit Sceleratorum expavescens, jux-  
 ta illud,

*Mens habet aetonitos Et surdo verbere  
 cadit.*

*Occultum quatiente animo tortore fla-  
 gellum.*

*Morsus utique existunt & lancinationes  
 ex-*

ex perpetuato facinore, ubi neminem hominum facti consciū esse norint, vel à nullo superiori reformidate habeant necessarium. Tale exemplum habemus in Alessandro Magno: Interfello Clito inter populi quamquam esset audacissimus, nullumque agnoscēbat hominum superiorem conscientiam tamē eum facit formidolosum. Ut Curtius in libro suo 8. cap. 8. refert. Idem demonstrat nobis Scriptura Sacra, Proverb. 28. 1. fugit impius nemine prosequente, unde rursus in proposito est, DEUM Ter optimum Maximum in membris hominum inscripsisse illum esse contemplatorem omnium rerum, & quod sit redditurus unicuique secundum opera sua etiam in obscuro commissa. Non est, quod hic quis contradicat dicendo, Efficientem Causam non plus quam ipsa habet, Effectui posse dare, reputans principia imaginis Divinae in deplorando lapsu nostrorum Protoplasmatorum penitus esse amissa. Fateri equidem necessarium habemus, quod exuti erant justitiā isti primigeniā, morsu fructus arboris veritatis, nostri primi Parentes; interim tamen non quoad totum, sed quoad tantum-

nem-

siemp̄e comparativē loquendo ad primum  
 illum statum, quod ostendunt præter  
 dicta cuīque, mille testes, conscientia  
 nimirum & lex Naturæ, ut vero unum  
 adducam exemplum referente Clarissimo  
 Mejero in sua Pneum. pag. 251. De Py-  
 thagorico quodam Philosopho coēmente  
 sibz à suore calceos, qui cum non præsen-  
 taneam haberet pecuniam, rogavit ut in-  
 crassum expetaret diem, quo cum ven-  
 nisset satisfatus, audire suorem jam  
 jam esse defunctum, Nullam faciens in-  
 gitur pecunia mentionem, nummos, de-  
 facto sibz lucro gratulabundus rculit do-  
 mum. Verum cum sceleris conscientia tor-  
 queretur, subinde, arrepta pecunia in su-  
 toris tabernam reversus pecuniam in-  
 futoris Domum projicit, bisee prolatiss.  
 Tibi vivit, alii q̄i defunctus, ac sic an-  
 nimum à conscientia facti liberavit. Un-  
 de constat principium illud praticum esse  
 immortæ veritatis; solum cuīque tribuen-  
 dum. Id etiam demonstrat Cicero cum  
 esset moriturus, qui in talia erupit ver-  
 ba: Nudus Vens, auxius vixi, nescio quo  
 vadam. O Ens Entium miserere mei. Hæc  
 & alia plura exempla, cuīque ob oculos  
 ostend-

ostendunt, non aliundē oriti, nisi à lege  
 primitus inscripta. videntur ergo, habi-  
 tus de DEO connari oppugnatores fru-  
 stra esse, imo operam & oleum perdere,  
 qui in evertendis illis principiis se se ma-  
 cerant, cum probè consci: sint materiam  
 scilicet ex quā ἀναλόγως sic dictam, una  
 cū anima sibi necessario esse innatam. *quod*  
*Doct. Rödig pag. 22. dicit: tanta namq; est*  
*bonitas DEI T.O. Maximi erga nos mor-*  
*tales, ut non plenē & planē ē nostris ani-*  
*mis eradicare voluerit principia veri rectae-*  
*que rationis, sed eadem posteris commu-*  
*nicandi facultatem concessit.* 5. Probamus  
 existentiam Notitiae DEI Insitæ, ex com-  
 muni omnium gentium populorumque  
 consensu atque dubio, ille enim facile de-  
 monstrat non hauriri, sed innasci notitiā  
 hanc, quippe nulla gens est, neq; tam im-  
 manis vera neq; tam fera, qua non et si ignoret  
 qualē Deum habere deceat, tamen habendū  
 sciat, *inquit Tullius L. II. de legibus. Et*  
*L. I. Tuscul. n. 13. Nulla gens tam fera,*  
*nemo omnium tam est immanis, cuius*  
*mentem non imbuerit Deorum opinio.*  
 Multi de iis prava sentiunt, id enim vi-  
 gioso more adhici solet, omnes tamen esse  
 vim

vim & naturam divinā arbitrantur. Hac de  
re locutus est Aristoteles quondam in L. 1.  
de Cœlo c. 3. ubi ait. *Omnes homines no-  
tionem Deorum habent, omnesque Sum-  
mum locum Divino cuidam Numini affi-  
gnant, cum Græci, tum Barbæ.* Hanc  
eandem rem demonstrat Seneca, in Epist.  
CXLVII quando dicit : *Omnibus de Diis  
opinio insita est ; nec ulla gens usquam  
est à Deo extra leges moresque projecta,  
ut non aliquos Deos credas. Ex his &  
omnibus aliis à nobis in medium produ-  
ctis rationibus, in stabilienda existentia  
NOTITIA DEI NATURALIS, jam cuique  
pater, & quam impossibile sit illam ire ne-  
gatum. Quidam Vi descripsit hujus Notitia  
Naturalis, cognoscimus non tantū Deum  
aliquem esse, verum etiam potentem, ju-  
stum, æternum, eundemque scđulo co-  
lendum; sed & mores ad ejus nutum &  
sancta componendos esse, unde multis  
gentilium aliquando de Deo ejusquè cul-  
tu non usque adeò absurdè sensisse atque  
scripsisse novimus, quæ ductui rationis  
atque operum divinorum diligentí consi-  
derationi tulerunt accepta.*

**D**emonstratà existentià Cognitionis Dei  
Naturalis insitæ, jam dispiciendum  
Num Notitia hæc DEI Insita sit fallax aut  
erronea. R. Eam minimè esse fallacem  
aut erroneam, quod probatum imus. I.  
Quodd quemadmodum reliquæ Notitiae  
innatae sive insitæ participant de essentiâ  
luminis naturæ juxta sensum Theologo-  
rum, ita pari ratione est hæc quasi pars  
quædam vel scintilla, ex imagine DEI  
missa, in nobis hominibus superstes re-  
licta; vix enim ullum mortalium eo ma-  
litiae pervenisse credimus, ut continuo  
plus mille testibus, lumen Naturæ & i-  
maginem DEI fallacem aut erroneam es-  
se, statuere velit. Paulus eam disertè ap-  
pellat. Rom. 1. 18 ἀληθεαν veritatem, &  
cum adiuto ἀληθειαν την Θεον veritatem  
Dei. v. 25. quia à prima veritate origi-  
nem ducit. lobet tamen hic distinguere  
inter Notitiam DEI naturalem in se & per  
se consideratam, & quatenus conjunctam  
habet imperfectionem, rationis corruptio-  
nem, & ad errores varios proclivitatem, il-  
lo modo spectata vera est, hoc vero modo  
con-

considerata, ex accidente falsitate est per-  
 missa. 2. Ex necessitate, nam necessariο  
 requiritur ut omnibus insic hæc noti-  
 tia DEI naturalis, si non semper quo ad  
 Χρήσιν & aliū secundum, tamen quo ad  
 κατησιν & aliū primum. notum est quod  
 notitia DEI insita faciat, ad perfectionem  
 animæ rationalis, cum utique non aliud  
 de nisi à DEO Ter Optimo Maximo o-  
 riginem suam obtinebit, is uti neminem  
 decipit, ita nec alicuius erroris vel fali-  
 sitatis argui potest. Deinde scimus, quod  
 secum hæc Notitia DEI insita triplicem  
 ulum, adferat. nēmpe *Pedagogicum*, *Di-  
 dacticum*, & *Pedanticum*. vīd. D. Calo-  
 vium in *System. Theol.* Tom. II. cap. I.  
 sed. i. pag. 40. 3. Si namque hæc notitia  
 DEI insita falla arque errores esset, tum  
 & que aliæ Notitiae insitæ principiaque  
 nobiscum nata & per discursum acquisi-  
 ta, falla arque erronia forent, quo con-  
 cesso, non solum omnis Philosophia, ve-  
 rum etiam naturalis veritas, & quod ab-  
 surdo absurdius, nec ipsa Notitia DEI  
 Revelata firmis niterezur fundamentis,  
 utpote, quia illa maxima ex parte in fa-  
 cis licetis per argumentationem ac pœn-

rumque ab hido aliquo rationis principio deducitur. illud tamen tenendum, quod ad Notitiam DEI revelatam, ratio non requiritur. ad probanda dogmata fidei fundamentaliter, realiter, & materialiter, verum saltim modaliter. Ut vero rem verbo complestar, Dicitur hæc notitia insita imperfecta duabus de causis 1. respectu objecti plane incogniti, quo pertinet Evangelium, eatenus quatenus à seculis erat absconditum vel non plane cogniti, quo refertur doctrina legis, quam ex primis principiis aliquatenus cognoscimus, 2. respectu Subjecti, quod DEUM perfectè & plenè quoad salutarem applicatum, cognoscere non possumus.

#### §. XIV.

**P**robata ita hactenus ejus veritate, iam instituti nostri ratio requirit, ut sub insudem rationis conceptum ejus quidam interrogatum mittamus. Interrogando ad quam, nam serum classem ista Notitia DEI insita pertineat, quæ res non difficultate minima laborat, ut hodieque litteres de eadem graves moveantur, multi Philosophorum etiam ex recentioribus notitia-

etiam hanc esse ipsum intellectum seu facultatem judicatrixem statuunt, verum quod haec assertio veritati non sit conveniens ostendit. 1. Spiritus DEI per Paulum in Epistola Rom. ii. v. 25. ejusmodi verbis ἔγειρος τῷ νόμῳ ἐγένετο εἰπεῖς καρδίας ἐθνῶν, quæ verba haud obscure evincunt. τῷ νόμῳ ἀκαρδίᾳ esse diversam, aut juxta communem Scripturæ loquendi Iherasim ab ipsa anima ejus facultatibus esse distinctam, cum aliud sit *subiectum aliud adiunctum*, Notitia enim insita habet se inlata qualitatis, & est intellectui superaddita, atque ab eo realiter distincta. 2. sciendum quod intellectus noster absolute in se consideratus, sit indifferens ad utrumque suppositorum ad hanc vel illam veritatem apprehendendam, neque enim magis habet respectum ad hanc, quam ad alteram, verum æqualiter, nisi rationibus ducatur eligendam unam præ aliis. Interdum enim unam quæsiti partem arripit Spreta altera, est aliter se rei habet cum *Nosse DEI sensu*, illa enim non indiferenter, sed vi quasi hominem ad credendum propellit, & si vel ignorat causas aut illas non at-

greditur. 3. Intellectus neminem propellit, ad hoc vel illud agendum, & si vel sepe ipsi cognita fuerit bonitas alicuius rei, nec instar legis propriæ sic dictæ se haberet. Quod tamen contra Notitia DEI Insita aliter agit, illa enim propellit eundem ad colendum DEUM, hoc vero non factio, accusat, damnat, ac tandem convincit, ad credendum DEUM. unde tatis liquet: Notitiam DEI Insitam non esse ipsum intellectum, seu facultatem, judicatrixem. Verum ad intellectum se habet ut qualitas intellectui superaddita. Intellectus enim in se consideratus, non potest, ex se suisque viribus prospicere, quod verum rectumque sit, sed indiget ulteriori perfectione & Luce, quæ determinat se ad naturæ suæ convenientiam, & istud aliud esse non potest, quam Notitia DEI Insita, quæ instar habitus se habet.

### S. XV.

**S**ecundo Dicunt Notitiam DEI Insitam esse Speciem impressam, verum nec id veritati est conforme. Qvia Species Impressa non est fundata in Intellectu, Sed Potius in Objecto, quod prælens fuit,

at-

atq; uniat intellectui, rem extra mentem existentem. *Species Impressa* aliquando solet sese offere sponte ad percipiendam rem, etiam si ratio id minime nondum conceperat, ast non ita se res habet cum Notitia DEI insita, illa, enim ante ultum rationis niminè in actum erumpit. Et quod magis. *Species Impressa* non cogit rationem ad assentiendum, verum relinquit indifferentem. Quod tamen Notitia DEI Insita agit, illa enim quasi vi propellit ad assentiendum propositioni huic Deus est, quotiescumque ea judicanda assentitur.

### §. XVI.

**T**ertio statuunt Notitiam DEI Insitam esse Actum aliquem, sed quam insulsa sit ista assertio, videret quivis. Actio enim est Ens successivum & transiens, nec omnibus nec semper convenit, sed prolubitu ab agente est. Sed Notitia DEI Insita semper omnibus hominibus inest, Estque ipsum principium actionis, adeoque non ad predicamentum alienis, Sed ad qualitatis pertinet. Unde sic licet concludere: Si hac Notitia DEI insita, non sit ipse intellectus, seu facultas judicatrix,

erit, nec Species Impressa, nec actus aliquis,  
 Erit Ergo. Habitus, ast non acquisi-  
 tis, nec infusus, sed innatus. Quod patet  
 ex Notitia hujus perpetua in subiecto suo  
 permanentia & immutabilitate, ut dissi-  
 culter & nec nisi virtute DEI inde evelit  
 possit, quae prima & proxima habitus re-  
 quisita sunt, unde sic lobet argumentari.  
 Cui competunt requisita habitus, illud i-  
 psum erit habitus. at Notitia DEI in-  
 fite competit requisita habitus. E. Ma-  
 jor per se clara. Minorem probo ex defi-  
 nitione habitus. Ita enim Definitor à  
 Franciso. Suarez Disp. 44 Mer: sect. 1. n 6.  
 Quod sit qualitas permanens & de se sta-  
 biles in subiecto, per se primo ordinata  
 ad operationem, primamque operandi fa-  
 cultatem adjuvans & facilitans. Si jam  
 Notitiam DEI naturalem conferimus cum  
 data definitione, cum in omnibus cum  
 eadem convenit. Primo est stabilis & per-  
 manens, ut in superioribus dictum, nec  
 non ad operationem ordinata, quam vis  
 aliquantis per instar exanimi delitescat,  
 quod attum primum, nihilominus in  
 subiecto suo habitat, ubi cum debitissimis of-  
 ficiis est quam diuissimus, adjuvat enim  
 &

& facilitat nostrum intellectum. De hac re videatur fusiū Clarissimus Mejerus pag. 253. nec non Celeb. Theat. Prof. jam inter cœlicolas beatus Pie Memoriae And: Wano-chius in Coll. Ethic: p. 106. Ex his, & omnibus aliis à me adductis rationib⁹, evincitur Notitiam DEI Insitam esse habitum, est non intelligendo de Habitibus scientiarum, vel artium, quos erubris acquirimus actionibus, sed tantum devotus pro ut nobis insit constantissime, nec non à nobis per modum habitus concipitur, dixit ergo non immixto Arist. a. Ethic: c. 3. delectationem in opere obeundo, signum habitus esse, quæ signa, quasque proprietates, Notitiam quā de solliciti eramus, in se alere inque lucem producere, jam constare speramus.

### §. XVII.

**C**onstituit quidem supra, DEUM omnino natura notum esse nec non conceptum ejus quidditativum, jam ad investigandam veritatem ejus Questionis, nempe. *An proposicio ista DEUS est, sit per se nota, juber instituti nostri ratio & DEUM esse, per se notum est, in omnium*

hoc

omnium intellectus, sunt tales de D<sup>E</sup>O  
notæ impressæ, ut possit homo modò  
non permittat locum præjudiciis et assis,  
avocantibus eum à veritatis transmite, sine  
ullo externo aliunde depremto auxilio  
ex natura percipere, D<sup>E</sup>UM esse exi-  
stentem: quamvis & ex contemplatione  
aliarum rerum idem videri possit, interita  
tamen hic distinguendum est inter no-  
tissimam DEI quiddicativam & quiddicati-  
vis. non est nobis quæstio de proposicio-  
ne ista. nō n̄ ēst, quid & quis sit verus  
D<sup>E</sup>US, secundum omnes divinæ naturæ  
proprietas. Et num homo possit natu-  
raliter cognoscere DEI providentiam &  
voluntatem specialem in gubernanda sua  
Ecclesia, nec non de hominum æternæ  
salute, hæc enim omnia petenda sunt ex  
verbo DEI. Sed an possit naturæ notum  
esse rō ēn. An sit D<sup>E</sup>US & in univer-  
sali presumere Ens aliquod supremum  
dari, quod sit bonum, justum sanctum, à  
quo reliqua omnia sunt producta atque  
creatæ. Adeoque num habeat homo circa  
revelationem nonnullas de vero D<sup>E</sup>O  
competentes notitias, aut quosdam veros  
de D<sup>E</sup>O conceptus, quod si in particu-  
lat

lati naturale illos applicaverit, id est aco-  
 cidente sit. de hac re videatur Excellen-  
 tissimus D. Quensledius pag. 255. obs. VI.  
 Cognitionem nempe rō ōn, neminem cre-  
 dimus esse qui negaverit, si alias ratione  
 sua recte velit uti. intelligendo tamen, ut  
 superius dixi, non de *Notitia quidditati-  
 va*, sed *quidditatis*, non distinctā sed  
 confusa, & quidem imperfecta valedic ad  
 quam non requiritur concipere essentiam  
 ejus prout in se est, quod tamen vult  
 Suarez. Cui assertioni Timpl. lib. 3. Me-  
 taph. cap. 1. quest. II. & lib. 4. cap. II.  
 quest. II. contradicit idque tribus ratio-  
 nibus nixus, nullius principii nedum DEI  
 notitiam, actu innatam homini inexiste-  
 re. deducendo Exemplum 1. ab infantis  
 in vel extra uterum matris existenti-  
 bus, illis nullam inesse cognitionem DEI,  
 sed tandem tamen progressu aetatis usu-  
 que rationis, postmodum hanc cognitio-  
 nem acquirere. Sed minus recte Philo-  
 sophum agit Timplerus hac in re, no-  
 rum est, quod semina imaginis Divinæ, u-  
 na cum ipsa essentiâ, per δύναμιν πλαστικήν  
 in ipsa conceptione sint implantatae; à  
 negatione vero eius secundi, ad negatio-

nem actus primi, nulla est consequentia;  
 Quanquam ob infirmitatem organorum  
 & conseqüenter sensuum sic spectata, non  
 possint principia illa prima in actum se-  
 cundum producere, interim tamen inest  
 ipsis per medium habitus, non minus ac  
 in adultis; quia infantum animæ æque  
 sunt perfectæ ac alias adulorum. Sed  
 tantum causa est in organis, quod ani-  
 mæ non æquè bene exercent suas ope-  
 rationes; notum est illud tritum: *Quod*  
*nulla substantia creata sit immediatum*  
*suarum actionum principium.* 2. à sur-  
 dis & cœcis deducit exemplum, vultque  
 illos omnis boni verique exercitis judicii  
 exuere. 3. Ex dictis Aristotelis, dicentis a-  
 nimam ante sensuum debitum officium,  
 instar tabulæ rastæ sese habere. Verum  
 quam absonta hæc sint, videt quivis qui  
 non fungum pro cerebro habet. Aristo-  
 telis ipse met fruens adhuc usurpâ hujus  
 iudicis, isto errore ita fuit percussus, ut af-  
 fectu quasi percitus, id veritati minime  
 consentaneum esse affirmet. Illud tamen  
 nemo nos existimasse putet, quod nos  
 notitiam naturalem in tanto perfectionis  
 constitutimus gradu, quo minus successa

tem-

temporis & aetatis assidueque rationis ad  
creaturas usu , magis magisque perfici-  
tur, in veri rectique conscientia & ap-  
petitu.

### §. XVIII.

**Q**uibus rudi adeo penicillo pro re natâ  
adumbratis , reliquum jam esset, ut  
Quaestionem illam proponamus. *An*  
*dentur Athei?* Sed quoniam de hac re  
non ita pridem publicè est Disputatum,  
idecirco spe veniae hanc omissam voluimus;  
interim tamen juvat hic distinxisse inter  
Atheos *Speculatorios* & *Practicos*, Athei  
*Speculatori* ordinarie ac naturaliter nun-  
quam dantur. Verum *Practicî*, qui con-  
fuentur se nosse DEUM, fadis autem ne-  
gant Tst. 1. 16. Quales quidem Atheos  
sai multos dari , nemini non constat,  
neque cuiquam vocatur in dubium.

### §. XIX.

**Q**uoniam hactenus, ut opinamur, ex  
superioribus adductis rationam mo-  
mentis sufficienter est evictum, omnino  
dari *κοινὰς ἐμοὶς*, Notiones commu-  
nes, & prima cognoscendi DEUM princi-  
pia, per naturam in hominum mentibus  
im-

impressa, per quæ, ad DEI ter Optimi  
Maximi cognitionem pervenire possumus,  
absque ulla operosa ratiocinatione, atque  
discurso; & id quidem non aliunde ad-  
ductis atque petitis mediis, verum à pro-  
pria illa *Notitia DEI Infusa* per dūvapud  
πλαστήν divinitus post lapsum, nostris  
Protoplastis, & eorum posteris hac in par-  
te sustentandam, concessā. Estque hæc  
*Notitia Infusa*, conjuncta cum externa  
creatrarum contemplatione & ratiocina-  
tione, & instar medii cognoscendi DEUM  
se habet, & hinc oritur illa Notitia, qvæ  
*Acquisita salutatur*. Particulæ enim i-  
stæ imaginis Divinæ, valdè confusæ no-  
bis ob oculos solum attributa Summi  
Numinis; idcirco maximopere indige-  
mus, ut per cerebram meditationem, at-  
que contemplationem perficiantur. Ut  
vero juxta promissum, aliquid de ista No-  
titia DEI Acquisitâ, dicamus, tum con-  
sideraturi summus ejus *Objectum*, *Medi-  
um* atqne *Principium*. 1. *Objectum* circa  
quod occupata est hæc *Notitia DEI ac-  
quisita*, præter Existentiam DEI, est e-  
jus essentia absolute spectata, nec non  
attributa, atque opera nonnulla. 2. *Me-  
dium*

diam vero pervenienti ad hanc Notitiam acquisitam, consistit in accurata rerum creatarum contemplatione, cœlestium pariter atque terrestrium, quæ res creatæ, uno nomine magnus Naturæ liber nuncupantur. 3. Principium hujus Notitiae DEI acquisitæ, est Discursus naturalis, ex principiis naturalibus præordinatus. quod vero adejus originem attinet, tum Luminis naturæ ambitu continetur.

### §. XX.

**D**emonstrato jam Objeto, Subjecto, a quoque Princípio, nunc de Existentia ejus aliquid in medium proferemus, sed quoniam cuique ejus existentia ad oculum sat s patet, idcirco in hisce morari non est necessum.

### §. XXI.

*An non dari in quoquam homine possit ignorantia DEI invicibilis?* Neg.

**Q**uod vero in nullo homine possit dari ignorantia DEI invicibilis, demonstrat ipsa ratio sive mens humana, cui inscripta naturaliter DEI notitia, quibus bene

nè penitatis, qvivis de Existentia DEI cestus evadere potest, cuiam si suas cogitationes ulterius non extendat, quod sacra pagina Sap. XIII. 1. demonstrat, descendit: Vani sunt omnes homines, in quibus non subsistit scientia DEI, & de his quae videntur bona, non peruererunt intelligere eum qui est, neque operibus ostendentes agnoverunt, quis esset artifex. Non est quod excutias, contemplaturus structoram totius hujus universi, insperio tantummodo vi-  
lissimas res, & tantum artis & admiratio-  
nis in iis invenies, ut vel illæ solæ, juxta-  
dictum propositi argumenti, Divinitati  
demonstrandæ sufficiant.

## §. XXII.

**D**EUM esse & naturaliter cognosci, in superioribus est evictum, jam de mediis cognoscendi DEUM paucis agamus idqve secundum triplicem viam, à Dio-  
niſio lib. de divin. nominibus cap. 5. traditam, nempe: per Viam Negationis,  
*Causalitatis & Eminentie* i. Via nega-  
tionis excellentissimum usum nobis præ-  
bet in certitudine de DEO ejusqve ex-  
cel-

cellentissima divinitiore cognitio, remo-  
vendo scilicet ab ipso, omnes omnium  
creatrarum imperfectiones, in rebus à  
DEO productis atque inventis, & ad-  
scribendo ei è contra omnes perfectiones  
*positivas*. Fundamentum hujus divisionis,  
est ipsa perfectio DEI, DEUS enim est  
Ens perfectissimum, cuj nulla adscribi  
potest imperfectio; contra, Creaturarum  
perfectio multis involuta est imperfecti-  
onibus, per quas in DEI cognitionem  
pervenimus, quæ tamen omnes à DEO  
sunt renovandæ, ut. B. D. Jacob. Marti.  
in *Philosophia Rationali lib. 1. cap. 47.*  
pag. 377. Id tamen tenendum de via hac  
negationis, non dicitur propter ea nega-  
tiva, quod totaliter reddat cognitionem  
nostram negativam, sed subest tempore  
conceptus aliquis affirmativus, secus de  
DEO nihil cognosceretur. Vid. Greg. de  
Valentia *Fom. 1. in Thomam disp. 1. q. 30.*  
puncto 1. 2. *Via causarum* appellatur,  
quia ex creaturis seu effectibus, colligi-  
mus DEI tanquam earum causa, cum  
existentiam cum perfectiones, in istis quasi  
expressas, & hanc viam demonstrat no-  
bis Sacra pagina Esa. XL, 26. *Elevate in*

talum oculos vestros, & videte, quis cre-  
 avit hanc, qui educit in numero milita-  
 am eorum, & omnes ex nomine vocat,  
 præ multitudine fortitudinis & roboris  
 virtutisque ejus, neque unum deficit. &  
 Job. XII. 7. 8. 9. Interroga jumenta &  
 docebunt te, & volatilia cœli & indica-  
 bunt tibi, loquere teræ, & respondebunt  
 tibi, narrabunt pisces maris. Quis igno-  
 rat, quod omnia hæc manus domini fe-  
 cerit. 3. Via dicitur Eminentia, quæ in-  
 tellectus noster perfectiones creaturarum,  
 longè eminentiori modo considerat in  
 DEO, prout sunt in creaturis, E. G. cum  
 appello hominem justum, bonum, cum in-  
 de cognosco eo DEUM esse justissimum. argo  
 optimum. Vocabulum bonitatis in dupli-  
 ci significatu sumitur, vel ratione inde-  
 penderit possessionis, vel ratione intra-  
 sece constitutionis. DEUS dicitur bonus  
 ratione independentis possessionis, homo  
 ratione intrinsecæ constitutionis. Sed pos-  
 set quis dicere: Quicquid perfectionis est  
 in DEO, est etiam in Creaturis, juxta Ca-  
 nonem Metaphysicum nihil etiam est in  
 effectu, quod non sit in causa, juxta Can-  
 Logicum. R. non uno & eodem modo

Deus

DEUS omnes creaturarum perfectiones in se continet, sed quasdam formaliter, quasdam eminenter & virtualiter. Formaliter istae creaturarum perfectiones sunt in DEO, quæ in abstracta sua natura nullam imperfectionem involvunt, ut scientia sapientia, intellectus, voluntas, quæ quidem DEO & creaturis sunt communia, ast non uno & eodem modo. *creaturis Univocè, DEO vero Analogicè & longe perfectiori modo.* Nec obstat, quod hæc in creaturis nomine accidentem veniant, quæ tamen in DEUM non carent. Non determinis judicandum prout in hac vel illa materia sunt, sed pro ut in abstractissimâ naturâ apparent; Eminenter vero, istae creaturarum perfectiones sunt in DEO, quæ formaliter involvunt imperfectionem, quia commercium, cum materia habent. E. G. visus, auditus, facultas locomotens, hæ potentiae attribuuntur DEO eminenter, non vero formaliter & secundum proprium conceptum. DEUS nobiliori modo exercet hæc omnia, 1. Ratione Excellentie, quia Excellentiores perfectiones sunt in DEO. 2. Ratione potentie, quia ipse ea potenter

produxit. de hac re videatur. *Metaphys.*  
*Catov. pag. 192.* Cæterum ne opus hoc læ-  
 tius sele extendat, quam ingenii nostri a-  
 da permittit, necessum est ut hic vela con-  
 trahamus. Fateri equidem necessum habe-  
 mus, nos desiderio ac expectationi Tux  
**C.** L. minimè satisfacere potis fuisse,  
 Interim Candide Lector & hæc me-  
 mor humanitatis, benè interpreteris  
 & si quos deprehenderis nervos, Favoris  
 Tui aura regere haud graveris : Quod,  
 si à Te factam facit obsequiâ no-  
 strâ erunt tibi promptiora paratissimis.  
 Exxit Summus ille Naturæ Parens, ut o-  
 mnis nostra oppella Vergat in sui san-  
 ctissimi nominis gloriam, perpe-  
 tuumque decus !!!

*Gloria sit P A T R I, nato sit Gloria  
 S A N C T O,*

*Gloria S P I R I T U I, T R I A D I s i t G l o-  
 r i a S A C R A E.*



*Carissime Praeceptor.*

Cum felicitas publica, ad quam humana  
omnia referenda sunt, sita sit in ex-  
colenda exercendaq; artium libe-  
ralium scientia; idcirco singulari quadam,  
ac præcipua laude digni videntur, qui in  
assequendā honestarum artium scientiā  
operam & industriam suam collocant;  
Tum ii præcipue, qui veluti majore quo-  
dam Numinis afflatu perculti, cæteris  
omnibus quæ in hoc fluxu & refluxu  
maris continentur, post habitis, artes ve-  
nuntur. Nam quicquid vastus hic com-  
plectitur orbis, cunctis mutationum gene-  
ribus sunt subjecta, quâ de causa veteres  
non immeritò, fortunam lapi di quadra-  
to imposuerant, ut hac ratione ejus in-  
constantiam notarent, adjecta *yris*.

*Versatur celeri fors levis orbe rotæ.*

Idcirco sibi benè consulere videntur illi,  
qui infra dicto animo difficultates circa arti-  
um liberalium scientias incurentes, devo-  
ranti; nam successum, laudem, dignitatem &  
fructum plane singularem reportant. Hanc  
viam Carissimum Praeceptorem sibi imi-  
tandam proponuisse, ostendit fatis egregia  
ista

ista opera de Notitia DEI Naturali,  
quaꝝ materia non minimis abundat diffi-  
culturibus, præcipue cum a multis perva-  
sis hominibus sit impugnata. lacitco Ti-  
bi Carissime Præceptor ex offici meide-  
bito, nonnullas lineolas ad implendam  
faciem reliquam adponere volui; optans  
ut DEUS Ter Optimus Maximus velit  
ex alio Carissimi Præceptoris studiis, in  
postorum ut huc usque benedicere,  
ut Regi, Patriæ emolumento  
esse possit.

*Worms*  
**EMANUEL Brumloß.**

Bor. Finl.



*Joh. J. 332*

MS RV 5608